Laborauit diues in congregacio
ne substantie: postmodū autē la
borabit die ac nocte ī infernalibꝫ
penis. Jeremi. xvi. Serui estis ibi
idest in inferno dijs alienis idest
demonibꝰ qui non dabunt vobis
requiem die ac nocte. Alij sūt qui
de quiete transeūt ad laborem sicꝫ
sunt deliciosi qui quiescunt hic in
delicijs sed postmodū laborabūt
in perpetuis tormentis. Job. xxi.
Tenent tympanū ⁊ citharam ⁊
gaudēt ad sonum organi. Ducūt
in bonis dies suos. Ecce quanta q̄
es in delicijs. In puncto ad infer
na descendunt. Ecce quantꝰ labor
in tormentis. Luce. xii. Aīa mea
habes multa bona. requiesce come
de. bibe epulare. Ecce quanta q̄es
delitiaꝝ. Stulte hac nocte repetēt
animā tuam de te. s. demones. Ecce
quantꝰ labor penarum. Alij sunt
qui de labore trāseunt ad quietē:
sicut serui dei qui de laborē peniten
tie transeunt ad quietem celestis
glorie. Apocalip. decimo quarto.
Amodo iam dicit spiritꝰ vt requi
escant a laboribꝰ suis. Math. quin
to. Agite penitentiam. Ecce labor.
Appropinquabit enim regnuꝫ ce
lorum. Ecce quies. Istum ordinem
seruauit dominꝰ qui prius sex di
ebꝰ laborauit. Postmodum sep
timo die quieuit. Istum ordinē
peruertit lucifer qui prius voluit
quiescere q̄ꝫ laborare. dicit Ysai.
decimo quarto. Sedebo in monte
testamenti in lateribꝰ aquilonis

Quartam autēꝫ differentiam pos
sibile est eē illorum scilicet qui de
quiete transeunt ad quietem. de
delicijs ad delitias. dato ꝑ impos
sibile q̄ꝫ si tales ī celestes nuptias
intrarent deꝰ eos expelleret. Hoc
figuratur Math. decimo septimo.
in illo qui ad nuptias venit sed ve
stē nuptialem non habuit. Per
vestem nuptialem signatur fides
cum operibꝰ caritatis. Sed illi ha
bent vestem iniquitatis ⁊ carnali
tatis. ⁊ ideo expelluntur etiam si
ingrederentur. Tertio arguendi
sunt dei iudicia non timentes: cuꝫ
dicat propheta. A iudicijs enim
tuis timui. Timor enim dei valde
necessariꝰ est ad salutem: incitat
ad bonum. confirmat in bono. et
preseruat a malo. ⁊ solum in edi
ficatione spirituali tenet locuꝫ fū
damenti. cemēti ⁊ tecti. Nā inquā
tum principiū omnis boni: tenet
locum fundamēti. Prouerbiorū
primo. Timor domini initiū sapiē
tie. Inquātum conseruat ⁊ ꝯstrin
git in bono tenet locum cementi.
Vn̄ dicitur Ecclesi. tricesimo octa
uo. Si non in timore domini tenu
eris te instanter. cito subuertetur
domꝰ tua. Inquantum preseruat
a malo tenet locum tecti. Vn̄ dici
tur Ecclesia. vicesimo q̄nto. Timor
domini sup omnia se supponit. Si
cut enī tectuꝫ p̄seruat habitanteꝫ
in domo ab estu vento ⁊ pluuia:
sic timor domini preseruat homi
nem ne cadat ab estu ꝯcupiscētie

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0350
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG